

NOVA LICENTIA REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS
ORDINIS, RECENTER ELECTI.

NOS FR. ANTONIVS PERRIER
Sacri Ordinis Minimorum humilis Corrector
Generalis.

Facultati, iam pridem à Reverendissimo Patre Alphonso Laurentio de Pedraza Prædecessore nostro, ad Episcopatum Palentinum evocato, Reu. Adm. P. Gabrieli Filoramo Ordinis nostri Sacræ Theologiæ Lectori lubilato, Sanctæ Inquisitionis in Regno Siciliae Qualificatori, & Ordinis nostri Exprocuratori Generali collata, quatenus opus, ab eodem elucubratum, quod inscribitur *Lapis Lydius circa materiam de Præscientia, Prædestinatione, & Reprobatione*, præuia duorum Sacræ Theologiæ Lectorum reuisione, & approbatione, Typis demandare posset, authoritatis pariter nostræ robur adiungimus: illudque, iuxta eiusdem Reverendissimi Prædecessoris nostri mandatum, sedula iam inuestigatione reuisum, & omnibus absolutum numeris repertum, & approbatum, vt quatenus prælo committere satagar, dictū Reu. Adm. Patrem perhortamur. Datum Marsiliæ in hoc Sancti Raphaelis Archangeli Conuentu die 13. Iunii 1685.

Fr. Antonius Perrier Corrector Generalis.

Loco & Sigilli.

Recognoscatur ab Adm. Reu. P. D. Ioseph Maria Corteseo ex Cl. Reg. in Messanenſi Seminario Theolog. Lectore, & referat in scriptis.

D. Caietanus de Castillo ex Cl. Reg. Vic. Gen.

Approbatio Lectoris Theologiæ, substituti à Reverendissimo Vicario Generali
ARCHIEPISCOPI MESSANENSIS.

Ex mandato Reverendissimi Domini D. Caietani de Castillo ex Cl. Reg. huius Urbis Messanæ Vicarij Generalis summa voluptate perlegi, quod summo desiderio opraueram. Volumen Reu. Adm. Patris Fratris Gabrielis Filoramo Minimorum Ordinis, difficultates, omnes de Dei Præscientia, Prædestinatione, & Reprobatione complectens. In quo fateor, quòd nihil, quòd melius tam difficiles quæstiones enodare posset, desiderare potuerim: quare non in aliud meū desinere poterit iudicium, quàm in laudes. Admiror igitur in primis eleuatissimum Authoris ingenium, cui nihil, quantumuis in obscura difficultatum caligine delitescens, occurrit, quòd non summa claritate explanetur: & tam ipsum, quæ solida sunt delectant, vt & venustas sine robore, & perspicacitas sine profunditate, & subtilitas sine soliditate omnino ab hoc Volumine exulent. O vtinam in manus Prædestinationis ordinem subuertentium hoc Opus peruenisset, forsitan à via iniquitatis pedē subtraxissent. Quapropter non solum ad studiosorum utilitatem, verum etiam, vt magis Catholicæ Veritates Theologica doctrina eluceant: & vt æternitatis lumen obrineat, quòd sapientiæ claritate præfulget, Typis tradendum existimo.

D. Ioseph Maria Cortese Cl. Reg. Sac. Th. Professor.

Imprimatur
D. Caietanus de Castillo ex Cl. Reg.
Vic. Gen.

Imprimatur
D. Petrus Natoli pro Ill. de Ramoadetta
R. P.

Publicetur.

D. D. Petrus Miranda, & Gayarre Vic. Gen.

ER-